



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Disputans de fide tanquam in ea dubitans & hæsitans, mortaliter peccat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## 114 Disputatio de fide.

emergat, dum vel non falsa, vel vera comprobabitur.  
Detrahere sibiipsi (hoc est infamare seipsum) peccatum est mortale ex suo genere grauius, quam detrahere proximo, quanto magis tenetur diligere famam suam propter Deum & commune bonum, quam proximi. Nec excusat a peccato mortali propter metum, aut tormentum: quoniam sicut nullus metus nullumq; tormentum excusat a vulneratione aut occidente sui, ita nec infamacione sui. Quamvis enim pati detrimentum famae propriae sit in proprio arbitrio constitutum, si in aliorum malum non redundat, sicut pati vulnera & mortem inferre tam sibiipsi dannum famae criminosum est, sicut vulnerare aut occidere se. Et in iudicio propter tormenta hoc sit, duplicatur iniquitas: quia adiungitur mendacium in iudicio perniciolum.

*Disputans de fide tanquam in ea dubitans*

*& hæfitans, mortaliter peccat.*

**D**isputare de fide, dubitando de veritate fidei, peccatum est mortale: quia dubius in fide infidelis est. Ad cōfutandos vero errores nisi rationabilis causa subsistit, vel gratia exercitii, coram simplicibus peccatum est imprudentia: quia periculorum est, ne in vacillationem inducantur, ex hoc ipso quod audiuit aliquid appareat contra ea quae sunt fidei. Et laicus nihilominus peccatum est disputare de fide publicè vel occultè, cap. quicunque. de hæret. lib. vi. Et quia contra faciens excommunicari mandatur, peccatum mortale esset, si laicus sciens sibi sub tali tantaque censura illicitam redditam disputationem huiusmodi, nihilominus præsumeret de fide disputare.

*Discordia diuersimodè sumi potest.*

**D**iscordia, qua quis voluntati alterius de bono diuino aut humano cui debet consentire, scienter & ex intentione contrariatur, peccatum est mortale ei-